



Ant^o Palom^o lo Pinto.

Ayuntamiento de Madrid

Juan Palom^o lo Grabo.

10364

ne, **vel** Assumptiōne, **vel** Nativitāte, **vel** Solemnitate, **vel** Præsentatiōne, **vel** Conceptione, **vel** Expectatiōne, **vel** Desponsatiōne, **secundum denominationem festi: & in Dedicatiōne S. Mariæ ad Nives, Beatae Mariæ de Columna, & Translatione Domus Lauretanae dicitur, Et te in festivitāte. In Missis verò votivis & in Sábato:** Et te in veneratione.

Per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **V.** Sursum corda. **R.** Habemus ad Dominum. **V.** Grátias agamus Dómino Deo nostro. **R.** Dignum & justum est. **V.** erè dignum & justum est, æquum & salutāre, nos tibi semper & ubique grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: Et te in *** beatae Mariæ semper virginis collaudāre, benedicere & prædicāre. Quæ & Unigénitum tuum sancti Spíritus obumbratiōe concēpit; & virginitātis glória permanēte, lumen ætérnum mundo effúdit, Jesum Christum Dóminum nostrum. Per quem majestātem tuam laudant Angeli, adórant Dominationes, tremunt Potestātes. Cæli, cælorumque virtutes, ac beāta Séraphim, sócia exultatiōe concélebrant. Cum quibus & nostras voces ut admitti jubeas deprecāmur; súpplīci confessiōne dicētes. **S**anctus, &c.

In festis Apostolorum & Evangelistarum (præterquàm in die sancti Joannis Apóstoli) & per Octāvas eorum, & in festis infra eas occurrētib, nisi in eis própria assignētur, & in Missis votivis de Apóstolis.

Per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **V.** Sursum

corda. **R.** Habemus ad Dominum. **V.** Grátias agamus Dómino Deo nostro. **R.** Dignum & justum est. **V.** erè dignum & justum est, æquum & salutāre, **T**e Dómine suppliciter exorāre, ut gregem tuum pastor ætérne non déseras: sed per beātos Apóstolos tuos continúa protectiōne custodias. Ut iisdem rectoribus gubernētur, quos óperis tui vicários eidem contulisti præesse pastores. Et ideo cum Angelis, & Archángelis, cum Thronis & Dominationibus, cumque omni milítia cælestis exercitus, hymnum glóriæ tuæ cānimus, sine fine dicētes. **S**anctus, &c.

In omnibus fériis, & festis, ubi própria non habētur, & in omnibus Missis Defunctorum.

Per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen. **V.** Dominus vobiscum. **R.** Et cum spiritu tuo. **V.** Sursum corda. **R.** Habemus ad Dominum. **V.** Grátias agamus Dómino Deo nostro. **R.** Dignum & justum est. **V.** erè dignum & justum est, æquum & salutāre, nos tibi semper & ubique grátias ágere, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus, per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestātem tuam laudant Angeli, adórant Dominationes, tremunt Potestātes. Cæli, cælorumque Virtutes, ac beāta Séraphim sócia exultatiōe concélebrant. Cum quibus & nostras voces ut admitti jubeas deprecāmur, súpplīci confessiōne dicētes.

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dóminus Deus Sábaoth.

Pleni sunt cæli & terra glória tua. **H**osanna in excelsis.

Benedictus qui venit in nómine Dómini.

Hosanna in excelsis.